

2667

CODICES

2668

*opera terribilia fienda propter iniquos &c. Glossae Bobemicae hinc inde insperfae horum Sermonum patriam produunt.*

passim insperfas fol. 39. p. 2. Sermo integer de Purificatione B. V. M. hac lingua comparet. Rarior fortasse Sermo latinus est, fol. 124. inscriptus *Marie niuis.*

DCCI.

DCCIII.

534 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 176. 4. caractere crasso perscriptus *Sermones* sacros continet in *Epistolas et Evangelia a Paschate* usque ad *Pentecosten* in Ecclesia legi solita, Evangeliiis integris non raro praemissis. *Sermo Primus* ita exorditur: *Hodie in hac magna et gloriosa sollemnitate celebramus et recolimus, et deo deus omnipotens quod ponderose et deuote recolamus illam gloriosam domini saluatoris nostri resurrectionem &c. Glossae Bobemicae* frequenter insperfae et totus *Codicis* habitus verifimile faciunt, eum quoque olim *Wenceslai Rossii* Bibliothecam auxisse.

536 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 197. 4. luculente exaratus continet: I. *Sermones* sacros ab initio *Quadragesimae* usque ad *feriam III. post Pascha.* Initium *Sermonis I. in capite Jejunij* est: *Sancta mater ecclesia iam isto tempore quasi ex sompno populum excitat ad penitentiam &c.* In his *Sermonibus* Orator non continuo, ut mos, ad exponendum *Diei Evangelium* adgreditur, sed quaedam in *Epistolam* praefixam commentatur. Non desunt *Glossae Bobemicae.*

II. fol. 156. absque Titulo Institutiones de Fide et Symbolo Apost. de Praeceptis Decalogi, Oratione Dom. Peccatis novem alienis, octo Beatitudinibus, Peccatis mortalibus, de Creare, de Credere, de Remissione Peccatorum, Obedientia, Excommunicatione et Simonia. Initium: *Cum quilibet christianus usum rationis retinens tenetur deum super omnia diligere &c.* Priores tres Articuli, neque hi quidem integri, exhibentur in *Opp. Job. Huffi* edit. 1715. P. I. p. 38. tanquam in Carcere *Constant.* ab eo conscripti. Igitur dicendi erunt Editores mancum Exemplar naeti fuisse, Lectorique suborietur dubium, an, quod ajunt de Carcere

DCCII.

535 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. nunc 182. 4. medio concerptus et sine mutilus, ejusdem cum praecedente habitus, et, ut puto, Possessoris, continet *Sermones* sacros in complures *Dies festos*, initio ducto a *Festo Thomae* Apost. hoc tenore; *Thomas unus de duodecim qui dicitur didimus. Job. XX°. Pueri dilecti hodie sancta mater ecclesia celebrat festum &c.* Itaque catechetica est *Diatio.* Adsunt *Sermones* de SS. *Vito, Procopio et Ludmilla,* et praeter *Glossas Bobemicas*

Con-